



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Quâ fide hæc Vita scripta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

caput est, non humana, sed planè celestis. Superiorum erat obseruantissimus, constantissimus rerum semel susceptarum, orationi deditissimus, in quâ sæpè præclaris à Deo luminibus fuit cumulatus, neque aliud quàm Dei gloriam spirabat. Ita ex animi sententiâ testor. Plura longè quàm dicto testimonio attulerat, deinde idem eius Confessarius Instructorquæ Tyro num affirmat alteris litteris, quas postea ad me scripsit quàm ipse primam hancce partem legerat, quæ à me maioris fidei conciliandæ causâ ad Patrem Prouincialem missa fuerat, vt eâ cum Patribus isthic communicatâ, temporum rerumquæ fierem certior, magisquæ e sensu scriberem Belgarum, quibuscum quæ scripsi (vti contenderam) communicata sunt. Atque vnus ille fuit qui in hunc modum scripsit, vt eius ex litteris intelligi haud obscure possit, quali existimatione prius etiam Ioannes fuerit, quàm veniret Romam. Igitur in hæc verba scribit: Reuerendus Pater Prouincialis superioribus diebus mecum communicauit primam partem vite fratris nostri Ioannis Berchmanni, beata memoria, quam Reu. vestra diligenter conscripsit, longè sanè iucundissima mihi accidit ea lectio; & haud scio an alia vlla gratior. Videbar enim mihi videre denuò sanctum illum nostrum Adolescentulum, inter centum amplius No-
uitios

Quâ fide
hæc vita
scripta.

Alterum
de Ioanne
testimoniū
eiusdem
Magistri
Nouitiorū.